

tum. Myrtata depræhenduntur, crepitantq; in igne. Præterea syncero calculi potius è rupibus inbærent, q̄ puluis. In Arabia & olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur, Græcis enbæmon dictum, singulari effectu cōtrahendis uulnerum cicatricibus: in maritimis ea fluctibus æstuq; operiuntur. Nec bacca nocet, cum constet & in folijs Salem relinqui. Hæc sunt peculiaria Arabia & pauca præterea communia, alibi dicenda, quoniam in ijs uincitur. Peregrinos ipsa mire odores & ad externos petit. Tanta mortalibus suarum rerum satietas est, alienarumque aueritas. Petunt igitur in Helimaos arborem brutam, eupressi fusæ similem, exalbidis ramis, incundi odoris accensam, & cum miraculo historijs Claudij Caesaris predicatam. Folia eius inspergere potionibus Parthos tradit. Odorem esse proximum cedro, fumumq; eius contra ligna alia remedio. Nasceitur ultra Pafitigrin in finibus oppidi Sitaca, monte Zagro. Petunt & in Carmanos arborem strobum ad suffitus, perfusam uino palmeo accendentes. Huius odor redit à cameris ad solum incundus, sed ag grauans capita, citra dolorem tamen. Hoc somnum ægris quærūt. His commercijs Carras oppidum aperuere, quod est illis numdinarium. Inde Gabbam omnes petere solebant, dierum uiginti itinere, & Palestinam Syriam. Postea Caracem peti captum ac regna Parthorum ex ea causa, autor est Iuba. Mihi ad Persas etiam prius ista portasse, q̄ in Syriam aut Aegyptum uidentur, Herodoto teste, qui tradit singula milia talentum thuris annua pensitasse Arabas regibus Persarum. Ex Syria reuehunt styracem, acri odore eius in focis abigen tes suorum fastidium. Cætero, non alia ligni genera sunt in usu q̄ odorata: cibosq; Sabæi coquunt thuris ligno, alij myrrhæ, oppidorum uicorumq; non alio q̄ ex aris fumo atque nidore. Ad hunc ergo sanandum urunt styracem in pellibus hyrcinis, suffuntq; tecta. Adeo nulla est uoluptas, quæ non assiduitate sui fastidium pariat. Eundem ad serpentes fugandas urunt, in odoriferis syluis frequentissimas.

De felicitate Arabiæ.

CAP. XVIII.

**N**on sunt eorum cinnamomum aut casia: & tamen felix appellatur Arabia, falsa & ingrata cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, cum plus ex eo inferis debeat. Beatam illam fecit hominum etiam in morte luxuria, quæ dijs intellexerat genita, adhibens urendis defunctis. Periti rerum asseuerant, non ferre tantum annuo fœtu, quantum Nero Princeps nouissimo Poppeæ suæ die concremauerit. Aestimantur postea toto orbe singulis annis tot funera, aceruatimq; congesta honori cadauerum, quæ dijs per singulas micæ dantur. Nec minus propitij erant mola salsa supplicantibus, imo uero (ut palam est) placatiores. Verum Arabiæ etiamnum felicius mare est. Ex illo nanq; margaritas mittit. Minimaq; cōputatione milies cetera M. H-S. annis oibus India et Seres peninsulaq; illa iperio nostro adimunt.

Tanto nobis delicia et femina constant. Quota enim portio ex illis ad deos quæso iã uti ad iferos pertinet?

De cinnamomo, & xylocinnamomo, & casia.

CAP. XIX.

**C**innamomū et casias fabulosa narrauit antiquitas, princeps uero Herodotus, auiū nidis, & priuatim Phœnicis, i quo situ Liber pater educatus esset, ex inuis rupibus arboribusq; decuti, carnis quæ ipsa inferrēt pondere, aut plūbatis sagittis. Item casia circa paludes propugnate unguibus diro vesperilionū genere, aligerisq; serpētibus, his cōmentis augētes rerū pretia. Cōmutata uero fabula est, ad meridiani solis repercussus inenarrabile quendā uniuersitatis halitum è tota peninsula existere, tot generum aura spirante concentu. Magniq; Alexandri classibus Arabiam odore primum nūciatam in altum. Omnia falsa, siquidem cinnamomum, idemq; cinnamum nascitur in Aethiopia Troglodytis cōnubio permixta. Ii mercantes id à conterminis, uehunt per maria uasta ratibus, quas neq; gubernacula regant, neq; remi trahant uel impellant, non uela, non ratio ulla adiuuet, cū oīum instar ibi sint homo tantum & audacia. Præterea hybernū mare exigūt circa brumam, euristum maxime flantibus. Hi recto cursu per sinus impellunt, atq; à promontorij ambitu argesta deferunt i portū Gebanitarū qui uocatur Ocilia. Quamobrem illi maxime id petunt, produntq; uix quinto anno reuertunt negotiatores, & multos interire. Cōtra reuehūt uitrea, & abena, uestes, fibulasq; cū armillis ac monilibus. Ergo negotiatio illa feminarū maxime fide constat. Ipse frutex ij. cubitorum altitudine amplissimus, palmiq; minimus, iij. digitorū crassitudinis, statim à terra sex digitis surculosus, arido similis. Cū uiret nō odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, cadua natura. Gignitur i planis quidē, sed dēsifsimis i uepibus rubisq; difficilis collectu. Metitur nō nisi permiserit deus. Ionē hunc intelligūt aliqui, Assabinū illi uocāt: xliij. boum caprarūq; & arietū extis impetratur uenia cadēdi. Nō tamen aut ante ortū solis, aut post occasū licet. Sarmēta hasta diuidit sacerdos, deoq; partē ponit: reliquū mercator in nassas cōdit. Est alia fama, cū sole diuidi, ternasq; partes fieri, deinde sorte cremia discerni: quodq; soli cesserit relinquit, ac sponte cōflagrare. Præcipua bonitas uirgultorū tenuissimis partibus, ad longitudinē palmi. Secūda proximis breuiore mēsurā, atq; ita ordine. Vilissimū quod radicibus proximū, quoniā ibi minimū corticis in quo summa gratiæ. Qua de causa præferūtur cacumina, ubi plurimus cortex. Ipsum uero lignū in fastidio est propter origani acrimoniā: xylocinnamomū uocatur. Precium est in libras xx. Quidam cinnamini duo genera tradidere, cādīdum, nigricansq;: Et quondam præferebatur candidum, nunc contra nigrum laudatur. Atq; etiā uarium præferunt candido. Certissima tamen æstimatio ne sit scabrum, atq; ut inter sese tritū tarde frietur. Dānatur in primis molle, aut

ciū